



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Philosophistæ Seu Excerpta Pauca Ex Multis Libris,
Thesibus, Dictatis Theologicis**

[S.l.], [ca. 1692]

1671. Idem sub P. Ignatio Jonge.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39173

air, aliud dicitur Philosophicum, aliud Theologum. Hoc est formalis offensa Dei, ex eoque capite speciale habet malitiam: illud nequidem est peccanti semper imputabile, ut factum contra Deum, ejusque legem, adeoque non appetit unde semper mereatur pœnam sensus æternam.

NON RARUM IDEM COLL. LOVAN.

IGNATIUS JONGHE anno proximè sequenti mense 1671, Julio in Thesibus impressis sic loquitur: Peccatum Philosophicum non meretur æternam pœnam sensus, ut nec originale, quam tamen pœnam peccatum actuale mortale Theologicum mereri manifestum est: non aliâ de causâ eam meretur, quam quod sit malitiæ infinitæ. Malitiam infinitam ex eo habet quod sit gravis formalis offensio personæ dignitatis infinitæ cognitæ quâ talis.

COLLEGIUM ANTVERPIENSE.

PHILIPPUS DE HORNES in Thesibus defensis Antverpiæ anno 1675. die 10. Julii num. 21. ita habet: Peccatum aliud est Philosophicum, aliud Theologicum. Hoc est formalis offensa Dei &c. Illud nequidem &c. prout in Thesi P. à Burgundia. Adeoque non appetit unde mereatur pœnam sensus æternam. In eo consonat Thesi Patris à Burgundia. Rationem autem cur peccatum Theologicum mereatur pœnam æternam, eandem adfert cum P. Jonghe: Putamus illud mereri pœnas æternas ex eo quod sit malitiæ infinitæ, quæ ex eo peti posse videtur, quod sit gravis offensio formalis personæ dignitatis infinitæ cognitæ quâ talis.

Idem